166

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime et Amplissime Vir

De morbo filioli charissimi quid sperandum sit, Van Hulst procul dubio coram explicavit. Somno praeterita nocte quietiori indulsit. Induciis tertianis heri pro more concessis, hodieque circa quartam matutinam finitis, horrore nullo, aestu verò valdè exiguo febris denuo se prodidit. Circa decimam cibi aliquid prima vice ultrò petiti sumsit, pomum scilicet vino Rhenano, additis uvis Corinthiacis, in patina operta suffocatum. Pergat ita! sic medico cum pharmacis valedicto, restitutionem ulteriorem ab hospita è culina petemus, attenuatasque corporis vires cibo subinde modicè sumto firmitati pristinae restituemus. Quinto et ultimò credo medicus à meridie Philippum visitatum veniet, judicium ejus proxima occasione, quae hinc ante diem Lunae, quod sciam, nulla dabitur, perscribam, additurus, uti cum bono Deo spero, febrim planè discessisse, et nunquam more Annaeo per intervalla reversuram. Deo, cui vires humanas facilè est frangere, quique fractas vel verbulo restituit, curas nostras ulteriores, filiolum ac Nob. Tuam, quàm intimè commendo. Vale vir Nobilissime, salve ac fave

Philippus Nobilitatem Tuam ex lecto salutat, cognatam, fratres ac sororculam.

Tuae Nobilitatis observatori summo

Pouderojae 11. octobr. stili vestri 1647.

Joh. Lampe.

'S RYKS ARCHIEF

B.P.L. 2212

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690a

102

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690a

Mijn Heere

Mijn Heere van Zuylichem
Raed ende Secretaris van Sijn hoogheyt
In den
Hage.

Cort.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4690a